

1
2
2
2
2
2
2



1676.

19. Sturius, Georgius Adamus : De falione.
20. Sturius, Georgius Adamus : Decisionum canonica-
rum et practicarum de conventionibus et
contradibus caput. 18 de locatione conductione
21. Sturius, Georgius Adamus : De liberis S. R. imperii
civitatibus.
22. Stur, Georgius Adamus : De muribus et Januis.
- 23^{ant}₌ Stur, Georgius Adamus : Aerarium militare
24. Stur, Georgius Adamus : De eo, quod iustum
est circa emphyteusim.
- 25^{ant}₌ Stur, Georgius Adamus : De eo, quod iustum
est circa res morae facultatis & simpl
- 1676, 1734.
26. Stur, Georgius Adamus : De eo, quod iustum
est circa mensuras et pondera.

1676

27. Tilemannus, Burchardus Henricus: De libello.
Von der Klage oder Klage-Libell.

28^a. Tilemannus, Burchardus Henricus: De iustis et
progressu legis juris civitatis Romae. Ger-
municis magistratuumque a cond. Rom. usque

28^b ad nostra tempora occas. tit. 2 ff. de org. jur.
Zopff, Johannes Christianus: De malo hypochondriaco.

29. Wolfius, Tobias: De religione in optima
republica a maiestate curanda.

el
An-
quo
co.
na



240



467. 4723
13.

No: 747.

2

DECISIONUM

CANONICARUM & PRACTICARUM

De

CONVENTIONIBUS

ET CONTRACTIBUS,

CAPUT NONUM

De

1676, 20

LOCATIONE

CONDUCTIONE,

PRÆSIDE

DN. GEORGIO ADAMO

STRUVIO, Jcto, Consiliario Saxonico

intimo, Facultatis Juridicæ Ordinario,

PATRONO atque AFFINI æternùm
colendo,

publicæ disquisitioni

in Acroaterio STRUVIANO

exponit

die 15. April. hora 7. matutina ad 10.

Adam Gottlob Berlich /

JENÆ,

Typis & sumtibus JOHANNIS NISL, ANNO
M. DC. LXXVI.

DECISIONUM

CANONICARUM & PRACTICARUM

CONVENTIONIBUS

ET CONSTITUTIONIBUS

CAVIT. NOVI

LOCATI. NOVI

CONVENTIONIBUS

ET

CONVENTIONIBUS

ET CONVENTIONIBUS

ET CONVENTIONIBUS

ET CONVENTIONIBUS

ET

ET CONVENTIONIBUS

ET CONVENTIONIBUS

ET

ET CONVENTIONIBUS

ET CONVENTIONIBUS

ET

ET CONVENTIONIBUS

ET





DECISIONUM

CAPUT IX.

De

LOCATIONE CON- DUCTIONE.

[*Vid. Jurispr. forens. Lib. 3. tit. 12. Dessel. erotem. Canon. Lib. 3. tit. 16. Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 24. thes. 1. & seqq.*]

DECIS. I.



Ominus domum aliamve rem potest locare cui velit, nec obligatus est primo conductori finito locationis tempore præ alio iterum locare, licet hic eandem mercedem præstare paratus sit. Stephan. Gratian. *disc. forens. tom. 2. part. cap. 357. Mynsing. cent. 4. observ. 23. Matth. de Afflict. dec. 238. n. 1. Gomez. var. res. tom. 2. c. 3. n. 5. Molin. de J. & J. tr. 2. disp. 498. num. 3. l. ne cui. 32. C. de loc. & cond. nisi aliter fuerit conventum. d. l. 32. Mynsing. d. l.*

DECIS. II.

Magistros & Scholares seu Doctores & Studiosos veteres conductores præferendos esse novis, conducturis domum vel Musæum statuunt per *C. ex Rescripto. 1. verb. nisi prius in-
quili in hoc suum favorem præstiterint & consensum. de loc. &*

R

con-

conduct. Anton. Gomez. tom. 2. var. cap. 3. num. 5. Rebuff. de
privil. Scholastic. priv. 9. Valasc. de jur. emphyt. quest. 24. n. 2.
Mynsing. d. obs. 23. Vinc. de Franch. part. 2. dec. 406.

Quod nonnulli limitant, nisi novus conductor etiam
sit Magister vel Scholaris, existimantes, tunc dominium posse
locare, cui velit. Petr. Barbos. ad l. 1. part. 7. num. 51. sol. matr.
Vinc. Caroz. d. loc. part. 3. quest. 1. num. 15. quæ tamen limita-
tio non videtur congruere textui.

Alii docent d. c. 1. solum dici, quod alii ante fini-
tum tempus conductionis in præjudicium magistrorum
& scholarium inhabitantium nequeant conducere, & exim-
proviso illos expellere: non autem adstringi locatorem ut
prioribus inquilinis locet. Vivian. ration. jur. Pontif. in d. cap.
7. Verùm ita nihil singulare ista Decretalis contineret, cum
tamen peculiare quid Pontificem intèdere appareat, nec opus
esset inquilini prioris consensum requirere, si ipsi prælatio in
conductione non competeret: adeoque hæc explicatio non
videtur congrua.

DECIS. III.

In conductionibus prædiorum publicorum seu fiscali-
um antiquus colonus, idem offerens, præfertur novo. l. con-
gruit. 4. l. 5. C. de locat. prædior. civ. vel fiscal. XI. cum enim
ejusmodi conductor invitus nonnunquam detineri potest,
merito igitur etiam alii præfertur. Steph. Gratian. d. cap. 357.
n. 12. Joh. Kœppen. dec. 52. n. 64. Hartm. Pistor. obs. 162. nu. 7.
Carpz. l. 5. resp. El. 19. n. 16.

DECIS. IV.

Si creditores in bona debitoris fuerint immissi, eaque
locare cuidam velint, haud præfertur in conductione debitor
seu

cei dominus. *arg. d. l. 32. C. de loc. cond.* quia sc. creditores immiſſi ſc. *ex ſecundo decreto* adminiſtrant bona immiſſa iisque utuntur inſtar dominorum: pro lubitu itaque circa perceptionem fructuum ac horum locationem verſari poterunt. *l. in venditionem. 8. §. 1. l. præter ait. 9. pr. de reb. aut. jud. poſſid.* Non obſt. *l. 16. pr. §. 22. ut in poſſ. legat.*

Carpz. d. reſp. Elector. 19. lib. 5. num. 8. §. ſeqq.

Æquius tamen putat Joh. Brunnem. *in d. l. 32. C. de loc. conduct.* dominum præferri per *l. 2. §. 5. de aq. pluvi. arc.*

DECIS. V.

Similiter uſufructuarius locaturus uſumfructum non tenetur præferre dominum. Cum enim locandi poteſtas ipſi competat. *l. arboribus. 12. §. 2. de uſufr. l. 38. §. 39. eod.* Pro arbitrio cui libuerit locare poterit. *arg. d. l. 32. C. de loc. cond.* Joh. de Caſtill. *tract. de uſufr. cap. 24.* *Carpz. dec. 138. num. 8. §. ſeqq.*

Itidem ex æquitate contrarium eſſe aſſerendum exiſtimat poſt Cavalcan. *de uſufruct. mul. rel. num. 172.* *Surd. lib. 1. conſil. 43. n. 12.* *Brunnem. in d. l. 32. in fin.*

DECIS. VI.

Quando unus ex fratribus domum paternam hereditariam extraneo eſt locaturus merito præfertur in conductione alter frater: quia alter frater non eſt ſolus dominus, ſed ipſi domus cum hoc eſt communis.

V. Joh. Petr. Surd. l. 1. caſ. 43. n. 12. Wameſ. conſ. jur. Pont. 317.

DECIS. VII.

Statutum fuit in Anglia ab Episcopis diœceſanis, ne decimæ Eccleſiarum aliis locarentur ad firmam *b. e. ſub certo reditu* quam clericis, ne ſc. à laicis forte occasione locationis

decimæ invaderentur. Nihilominus abbati & conventui monasterii libere cuicunqve etiam laico (non obstante contrario statuto, quippe quod vergeret in damnum monasterii) locare licet, qui meliorem conditionem Ecclesiæ obtulerit: dummodo hujusmodi locatio non vergat in feudum vel in alienationem, id est, non fiat in perpetuum feudi nomine, s. vestra. 2. d. loc. cond. Vivian. b. Grafs. tom. 1. comm. opin. l. 1. tit. 2. n. 68. Covarruv. l. 1. c. 17. n. 5. vers. sic & laici. Molin. d. J. & Jur. tr. 2. D. 166. num. 10. Ejusmodi conductor clericus Wilhelmo Malmesburgensi de gest. Reg. Anglor. l. 4. dicitur firmarius, verbo, ut, ipse monet, parum latino. Et Matthæus Parisiensis vocat firmariam conventionem. In LL. antiquis Longobardicis firmitas est charta privilegii vel immunitatis signaculo firmata. Lib. 3. tit. 8. leg. 2. Vid. Ratpert. in cas. Monaster. S. Galli cap. 3.

DECIS. IIX.

Propter sterilitatem afficientem magno incommodo conductores, sine culpa eorum seu casu fortuito contingentem, ipsis pro rata est pensionis remissio facienda. c. propter. 3. de loc. & cond. l. licet. 8. C. de loc. cond. Vinc. Caroc. tract. de locat. part. 3. tit. de remiss. merced. Molin. de Just. & Jur. tract. 2. Disp. 495. Bernh. Grævæ. lib. 2. concl. 23. Mant. de tacit. & ambig. cond. lib. 5. tit. 8. Vid. Exerc. 24. ad Pand. tb. 16. Ita ejusmodi in casu antecessores nostri Mens. August. 1617. consulenti Th. H. zu Auerstedt. de jure responderunt: Ist vor dreien Jahren das über Winter ausgesäete Getreidig / darum / daß der Schnee sehr lang gelegen / und hernach in der Fasten / wann es des Tages über Thauwetter gewesen / grosse und schädliche Nachfröste entstanden / fast ganz und gar ausblieben / daß die Aecker wiederum umge

ge

gepflüget und mit Sommerfrüchten bestellet werden müssen/welches Mißwachs halben an statt 150. Schock Winterkorn/ so jährlich und wohl ein mehrers / auff diesem Gute gebauet werden kan/ihr mehr nicht/denn 15. Schock eingeschnitten/und also 24. Acker im Winterfelde wiederum umpflügen/und über Sommer mit 36. schl. bestellen müssen/daran euch keine Schuld zuzuschreiben / sondern der von Wahren den vorhergegangenen Herbst die Felder selber bestellet/darauff der Mißwachs erfolget/So ist der Pacht herr euch wegen erlittenen grossen Schaden / in dem ihr am Winterfelde noch eine Art thun / und fast ganz durchaus wiederum besaamen müssen / am Pachtgeld ein billichmäßige und auff Erkenntniß ehrlich und hierinn gnugsam erfahren Leute gestellte Erlassung zu thun schuldig/V. R. W.

Similiter & in aliis rebus conductis ob usum casu impeditum merces pro rata remittenda est: exemplum occurrit in casu, super quo de jure responsum est à Colleg. nostr. Menf. Octobr. An. 1617. N. K. Müllern zu Straußfurt. Habt ihr vor diesem/Wilhelmen von R. zu Straußfurt eine Mühle daselbsten/uff $\frac{3}{2}$. Jahr / welche uff Allerheiligen Anno 1619. zu Ende lieffen / abgepachtet / und von solcher 14. Malter Betreydig / beneben II. Malter Kleyen / zum Pachtzins geben sollen/do nun eurem Bericht nach/sichs über Zuversicht begeben/das uff berührter Mühlen das Wasser dermassen verringert und aussen blieben / das nicht gnugsam Wasser uff einen Gang verhanden / und täglich abnimmt / auch wo es also zuwintern und frostig Schneewetter einfallen solte / leichtlich gar stille stehen müste / So seyd ihr / gestalten Sachen nach / den völligen Pachtzins abzutragen nicht / sondern nur allein was die

R 3

Müh

Mühle ißiger Gelegenheit des Wassers nach ertragen
 kan/abzustatten schuldig. B. R. W. Add. Carpz. dec. 136. n. 9

DECIS. IX.

Cum ubertate tamen præcedentis vel subsequenti an-
 ni sterilitas debet compensari. *d. c. propter 3. verb. nisi d. loc.
 cond. d. l. licet. 8. C. de loc. cond. adeo, ut, licet ex causa sterili-
 tatis primo anno remissio facta, ob ubertatem postea contin-
 gentem, id quod remissum, restituendum sit. text. express. in
 l. ex conducto. 15. §. Papinianus. 4. loc. cond. l. excepto. 18. C. d. c.
 Carpzov. Part. 2. c. 37. def. 12.* Quare locatione in plures an-
 nos inita, non nisi annis illis elapsis de mercedis remissione a-
 gendum. *Gail. 2. obs. 23. num. 12. Carpzov. d. c. 37. num. ult.
 nisi de remittenda in singulos annos ob sterilitatem pensio-
 ne conventum fuerit.*

Carpz. d. l. def. 13.

DECIS. X.

Quando vitio rei itidem absq; culpa coloni sterilitas con-
 tingens magnam ac enormem læsionem colono adferat, si-
 militer, *ut præcedente decis. dictum est,* remittenda est pensio.
*d. c. propter 3. verb. propter sterilitatem afficientem MAGNO
 INCOMMODO conductores VITIO REI* Ar. Pinell. *in l. 2.
 C. d. res. vendit. part. 1. cap. 3. num. 23. Brunnem. ad l. 15. §. 2.
 loc. conduct.*

*Dissent. Wolffg. Adam Lauterbach. ad hunc. tit. tb. 9. in
 fin. verb. etiamsi damnum illud sit intolerabile. l. ex conducto 15.
 §. si vis tempestatis 2. verb. si qua tamen vitia ex ipsa re orian-
 tur loc. conduct.*

*Resp. loquitur hic textus de læsione modica. verb. si vi-
 num. coacuerit wenn der Wein etwas saur erwachsen / it. se
 raucis*

ramis aut herbis segetes corrupta, wenn die Saat wegen Unkrauts oder sonst etwas Schaden gelitten / daß selbige nicht wohl aufgehen können.

DECIS. XI.

Quamvis fructus, quamprimum à colono separati fuerint, ab ipso percepti ejusque proprii sint. *l. 26. §. 1. d. furt. §. 36. de reb. div.* si tamen damnum in iis vi majore contingat, antequam collecti ac in horreis reconditi sint, ex æquitate remissio conductori concedenda. *Carpzov. P. 2. const. 37. def. 20.* perinde ac, licet fructus, etiam exstantes adhuc, jure conductionis ac seminis conductoris sint, nihilominus vero ob damnum in iis eveniens remittenda est pensio: Neque enim hic non tam attenditur, quis sit dominus fructuum, quam quod circa ipsam perceptionem fructuum, nondum reconditorum, (da die Früchte auf dem Felde noch stehen oder liegen.) magnum damnum evenerit. *Wamel. cons. 230. n. 9.*

DECIS. XII.

Non autem idem dicendum esse volunt de fructibus quidem in horreis reconditis, sed frumento nondum spicis excusso, & granariis illato: quod si casu perierit, ad nullam remissionem teneri locatorem tradunt *Gail. lib. 1. obs. 23. n. 13. Fab. in Cod. l. 4. tic. 41. def. 52. def. 21. §. def. 46. Carpzov. P. 2. const. 37. def. 20. Lauterbach. d. l. tb. 13.*

Diss. Valasc. de J. emphyt. quest. 27. num. 51. Boss. prax. crim. tit. de remiss. merced. num. 90. Grav. l. 2. concl. 23. consil. 2. num. 3. §. 4. Molin. de J. §. J. tr. 2. Diss. 495. num. 15. Franzk. ad Pandect. b. t. num. 150.

DECIS. XIII.

Invito inquilino domum inhabitare vel reficere poterit,

rit locator ejusve heres, si necessitas, (quæ tamen non imminabat locationis tempore) id exposcat, remissa pro residuo temporis pensione. *d. c. propter. 3. §. verum de loc. cond. l. a. de 3. C. eod. tit.* Carpzov. *d. P. 2. cap. 37. def. 6. verb. dierteil ihe aber euch nunmehr verhelichet.* Quod extendunt, ut liceat quoque expellere conductorem, si domo indigeat pater, filius aut frater. Valasc. *d. jur. emphyt. qvæst. 22. num. 3.* Molin. *Just. & Jur. Disp. 499. num. 6.* Azor. *lib. 8. de locat. cap. 8. qvæst. 2. vers. sed qvid.* Hoc licet in patre, avo, filiove casu necessitatis existente, admiserim, vix tamen in fratre obtinebit. Cæterum non violenter potest dominus inquilinum, expellere, sed si opus est adito judice *Dd. in dd. text.*

DECIS. XIV.

Etiam Scholaris ob dictam *dec. preced.* causam ad aliam habitationem migrare debet. Valasc. *d. jur. emphyt. qvæst. 22. num. 5.* Molin. *d. disput. 499. num. 9.* Trentac. *lib. 3. tit. de locat. resol. 4. num. 7.* Add. Barbos. *in Cød. d. l. 3. num. 19.*

DECIS. XV.

Ob proprium usum non esse expellendum colonum prædiorum rusticorum communior videtur esse sententia. *arg. d. c. 3. §. verum verb. inquilino domum: d. loc. cond. d. l. 3. verb. ade it. domum. C. de loc. cond.* cum non ea videtur domini necessitas utendi prædio rustico, quæ est inhabitandi propriam domum. Sichard. *ad d. l. 34.* Anton. Gomez. *c. 3. de locat. num. 6.* Cancer. *ver. resol. Part. 1. cap. 14. de locat. num. 9.* Molin. *d. disput. 499. num. 10.* Less. *de J. & J. lib. 2. cap. 24. dub. 7. num. 34.* Atque ita de jure respondimus J. V. W. zu R. Mens. April. Anno 1675. Daß der Verpachter / ungeach-

achtet er der Güter halben benötigt zu seyn anführet/
den geschlossenen Pacht auch zu halten schuldig. Bon
R. W.

Diff. Trentacinq. d. resol. 4. num. 12. Carpzov. P. 2. c. 37.
num. 11.

DECIS. XVI.

Domo aliquâ à pluribus locata, unus ex illis propter u-
sum proprium conductorem ante tempus expellere nequit:
quia ille solus non locavit, nec in solidum ædium est dominus
Vid. Carpzov. Part. 2. decis. 137. num. 12. & seqq. Add. Wa-
mes. conf. Jur. Part. 380.

DECIS. XVII.

Porro conductor expellitur, si perverse in domo versa-
tur seu male re utatur. d. c. 1. §. verum. d. loc. cond. d. l. ade 3. in
fin. C. eod. Menoch. d. arb. judic. quest. 78. Caroc. d. part. 4. d.
loc. tit. de recens. quest. 7. Mantie. de tac. & amb. conv. lib. 5.
tit. 7. num. 17. unde si conductor inducat in domum meretrici-
ces expelli poterit. Sichard. ad d. l. 3. num. 12. Menoch. d. qv.
78. num. 9. Caroc. d. quest. 11.

DECIS. XIIX.

Hujusmodi casu nihilominus conductor, licet domo e-
jectus, integram pensionem solvere debet, quia sibi imputa-
re debet, quod male in re conducta versatus fuerit add. aut b.
qui rem hujusmodi C. de Sacros. Eccl. verb. ut tamen solvat toti-
us temporis pensionem. Sichard. in d. l. num. 10. Molin. d. Just.
& Jur. disp. 499. num. 14.

DECIS. XIX.

Amoveri etiam seu expelli posse conductorem si cano-
nem

S

nem

nem per biennium non solvisset, nec celeri satisfactione sibi providisset, dicitur in *d. c. 3. in fin. d. loc. cond.* quod uti facile patet de locatione ad annos aliquot, seu ad longum tempus instar emphyteuseos, inita, accipiendum est. Si namque ad annum solum ædes sint conductæ, post ejus lapsum jam finita est locatio, ac inquilinus, jubente domino, migrare & pensionem solvere debet. Sæpius quoque, quando locatio conductio celebratur, certum tempus solvendæ pensionis exprimitur, quod observandum. Add. Franzk. *b. t. num. 182.*

DECIS. XX.

Rem conductam quis rursus etiam majori pensione, quam ipse suo locatori præstat, alteri ejusdem qualitatis locare potest. *l. nemo. C. de loc. cond. Gomez. tit. 2. c. 3. n. 11. Vid. Max. Part. 4. dec. 101. Add. de reb. Eccles. Wames. jur. Pontif. conf. 312. n. 2. adeo, ut si secundus hic conductor re non posset uti, v. gr. quod aliena insula seu domus fuerit, primus locator ad omne interesse resarciendum teneatur, ad quod secundus locator secundo conductori præstandum est condemnatus. l. 7. l. 8. loc. cond.*

DECIS. XXI.

Prælatus vel administrator rerum Ecclesiasticarum non potest recedere à locatione bonorum Ecclesiæ ab antecessore legitime inita: *Wames. conf. jur. Pont. 30. & 324. Carpzov. l. 5. resp. 78. num. 7. secus est si Prælatus vel Canonicus proprios redditus ad præbendam suam, quæ cum persona extinguitur, pertinentes locaverit: huic namque locationi successor stare haud tenetur. arg. l. si quis. 9. §. 2. loc. cond. (adeo ut nec sumtus in rem factos conductor repetere possit. d. §. 2. ubi additur ratio, quia hoc evenire posse prospicere debuit.) Mantic. d. tac. ambig. conv.*

cond. l. 5. tit. 12. & seqq. Trentac. d. l. 3. tit. de locat. resol. 3. Conf. Carpzov. Lib. 6. resp. El. 16. num. 6. qui de speciali casu accipien-
dus uti patet ex num. 16.

DECIS. XXII.

Jus Patronatus in prædio, universim seu cum omnibus
juribus in genere locato, nec hoc patronatus jure in specie exce-
pto, non à locatore sed à conductore recte exercetur. c. ex li-
teris. 7. §. mandamus de jur. Patron. Matth. Stephan. tract. de
jure Patron. cap. 17. Carpzov. P. 2. const. 37. def. 22. num. 8. I-
ta etiam in collegio nostro Mens. Octobr. Anno 1638. ad re-
quisitionem des Gerichthalters zu Hirschfeld in
causa Reitzenstein contra Breitenbach pronunciatum
est.

Dissent. Berlich. & plur. alleg. Part. 2. dec. 166. num. 25.
ubi d. c. 7. de jur. patron. explicat de contractu emphyteutico,
quem putat significare per verba: villam teneri ad firmam. Ve-
rùm locationem conductionem etiam dici ad firmam seu
certam pensionem contrahi constat ex c. vestra 2. de loc. cond.
add. dec. VII.

DECIS. XXIII.

In Academia cives habitationes, quibus ipsi non utun-
tur studiosis elocari teneri statuit Rebuff. d. privil. 7. num. 1.
& 4. Lauterbach. d. l. tbes. 4. circ. fin. similiter traditur de eo,
qui equum pro certa mercede locare est solit⁹, quod eundem
studio ab Academia recedenti, etiam invitus locare tenea-
tur. Bonacoss. tr. de eqvis. quest. 207. Rebuff. d. privil. 7.

DECIS. XXIV.

Conductore, cui decreto judicis inferioris migratio ex
ædibus conductis injuncta est, appellante, post finita condu-
ctionis

tionis tempora non decernenda est facile inhibitiō, nisi de jure aliquo retentionis v.c. ob impensas, appareat. *arg. l. si quæ conductionis 25. locat.*

Dav. Max. decis. 128. Part. 1.

DECIS. XXV.

Si vasallus prædium feudale locaverit & anteqvam tempus locationis finitum, mortuus fuerit, filii obligati sunt stare locationi : uti pronunciarunt Scabini Lipsienses nach Wollin. M. Octobr. Anno 1616. Hartm. Pistor. *qvæst. 13. part. 2. num. 66.* Sin vero nullis relictis filiis ad agnatos devolvatur feudum, hi, quippe qui causam successionis non habent à defuncto, ad istam locationem continuandam nō sunt adstricti, hic responderunt Dn. Lipsiens. consulenti C. B. von Tröbsbra. m. Dec. Anno 1610. Vid. Syntagm. Jur. Feudal. *cap. 9. aphor. 11. & cap. 14. aphor. 30.*

DECIS. XXVI.

Legatarius non tenetur stare locationi in ita à defuncto *l. qvæ fundum. 32. loc. cond. l. nihil. 120. §. ult. d. legat. 1. Add. Valasc. dec. 40. Covarruv. 2. var. res. 10. Surd. dec. 40. 225. & 264.*

DECIS. XXVII.

Creditor missus in possessionem crediti servandæ causa, servare tenetur locationem debitoris, nisi in fraudem creditorum fuerit facta. *l. in venditionem. 8. §. 1. d. reb. aut. jud. possid. Gothofr. ad l. 9. C. de loc. Cond.*

DECIS. XXIIIX.

Pupillus etiam servare debet locationem à tutore cum conductore quodam contractam *l. si tutela. 8. §. d. adm. & peric. tut.*

tut. Surd. dec. 299. Gutierrez. lib. 2. qvæstion. canon. 8. num. 43.
& de tutel. part. 2. cap. 20. num. 6. Carpzov. d. l. 5. respons. 78.
num. 5.

DECIS. XXIX.

Ejusmodi genus soccidæ, quo toto aliquo prædio loca-
to certæ vaccæ ovesve qual. ferreæ traduntur, ita scil. ut vel eæ-
dem, aut his demortuis, aliæ ejusdem qvalitatis vel pretium
restituatur, non est illicitum: integrum namqve esset domi-
mino illas vendere, & necesse haberet conductor sua pecu-
nia pecora sibi comparare. Vid. Exerc. ad Pand. 24. tbes. 14.
Add. Matth. Stephan. l. 2. de Jurisd. part. 1. cap. 7. m. 2. num.
200. & seqq. Schepliz. in consvet. March. part. 4. tit. 1. §. 1. n.
8. & san. Simon. Pistor. conf. 11. num. 3. vol. 1. Wesenb. in l. pa-
ciscenda. C. de pact. num. 5. Moller. ad Contr. Sax. pag. 3. qv.
33. num. 9. & seqq.

Alia quodammodo est ratio ejus contractus, qvem
etiam *Soccida* appellant, quo v. gr. vacca locatur, ut loco
mercedis qvis dimidiã fructuum partem præstet, ac insuper
periculum suscipiat, quod sc. vaccæ, casu mortuæ, pretium re-
sarcire debeat conductor: cujusmodi contractum inter u-
surarios nonnulli referunt. Vid. Fürstl. Württenb. Landes-
Ordn. von Stålen oder gemahlten Rûhen. pag. 19. Besold.
comm. in ordin. Polit. Württemberg pag. 224. num. 14. & 15. Add.
Bochard. Hierozoic. part. prior. lib. 2. c. 44. pag. 452. ubi scri-
bit: Talmudici oves ferreas vocant, qvas pascendas ea condi-
tione pastor accipit, ut si pereant illas teneatur domino solvere &
restituere. Unde magistrorum canon in Bava Metsia c. 5. Non
accipiant oves ferreas ab Israëlitis, quia hoc esset fœnus, sed acci-
piant oves ferreas à peregrinis.



Verum si pensio, ob susceptum à conductore periculum sit modica, etiam hic contractus subsistet. Rauchbar *question. 29. Part. 2. num. 43.* Mod. Pist. *d. l. Schepliz. d. l. num. 18.* & 19. Wesenb. *d. l.* Moller. *d. l.*

DECIS. XXX.

Equus conductus si in itinere moriatur vel deterior fiat, locatori, asserenti culpa conductoris id accidisse, probatio incumbet.

arg. l. 2. de probat.

Mynsing. cent. 6. obs. 88. num. 13. Anton. Gomez. *var. resol. tom. 2. cap. 3. num. 22.* Add. Bart. Bald. Angel. Alex. *in l. si quis §. an vero d. edend.* Fr. Vivius *lib. 1. dec. 1.*

Aliquando conductor jurejurando se purget, vel eo diligentiam se debitam adhibuisse confirmet, necesse est, si nimir. haud plene culpæ convictus fuerit.

Aliquando etiam locatorem ad jusjurandum in supplementum semiplenæ probationis admittendum esse tradit Johann. Franc. Balth. *pract. resol. tit. 7. resol. 6. num. 6. in fin. parte 3.*

Verum hoc ejusmodi casu vix locum habebit; quomodo enim locator juramento asseverare poterit culpam in itinere circa equum *v. gr. ultra modum solitum onerando, vel ad commodum impellendo aut intempestive ad potandum admittendo,* fuisse commissam, cum præsens non fuerit.

DECIS. XXXI.

Locationis, in scriptis contractæ, tacitæ reconductionem nullam esse docet juxta communem sententiam Carpz. *d. l. Part. 2. const. 37. def. 9. num. ult. per l. 13. §. ult. rationem,* ex Antonio Fabro *lib. 4. tit. 41. definit. 48.* allegans hanc:
quando

quando contractus ex scriptura vires suas accepit, solus ille tacitus consensus: qui ex locatoris patientia inducitur facere non potest, ut plus scriptum videatur, quam revera scriptum sit.

Verum i. eodem modo modo dici posset, quando ex verbis contractus vires suas accepit, solus ille tacitus consensus facere non potest, ut plus conveniatur (sive verbis sive scriptis) videatur, quam revera conventum sit.

Unde (2.) potius sensus alleg. l. 13. §. ult. hic est, quod si in scriptis certum tempus locationis comprehensum est, ad illud integrum tempus expressum, nec solum ad id temporis, quo inhabitavit, reconductas videri aedes: cum quando sine scriptis locatio est celebrata non satis constet ad quod tempus illa sit inita. Add. Mant. d. tac. & amb. cond. lib. 5. tit. 15. num. 18. Molin. de Just. & Jur. tr. 2. D. 418. num. 8. Lauterb. ad d. t. c. 1. tb. 3. Brunnem. ad d. l. 13. §. ult.

DECIS. XXXII.

Ceterum haud censetur renovata conductio, cum dominus decesserit. vid. l. 14. loc. vel cum conductor aliam retinendi causam habet, quippe quæ aliam, quàm isthanc iterum conducendi inducit voluntatem, v. gr. quod post finitam locationis tempus jure retentionis prædium possideat: neque tunc ad mercedem promissam ulterius solvendam erit obstrictus. Dav. Mævius Mart. 6. decis. 47.

DECIS. XXXIII.

Impensas in lapidem molarem à conductore molendini factas, restituere tenetur locator, cum hic usum molæ præstare debeat l. 15. §. 161. loc. qui sine ejusmodi lapide non est. D. Mævius Part. 4. decis. 41. Add. Henning. tract. de molendin. quest. 31.

DECIS.

DECIS. XXXIV.

Arbores vetustate corruptæ vel marcidæ aut vi ventorum fluminisve evulsæ non pertinent ad conductorem, quia non referuntur ad fructus locatos sed sunt locatoris. Cavalcan. *decis. 44. num. seq.*

DECIS. XXXV.

Quæsitum fuit: an rustici s. subditi nobilis cujusdam, qui operas suas, equis vel manu præstandas, elocare soent, præceteris nobili illi locare, pro eadem mercede, cogantur? Negat Hartm. Pistor. *observ. 101.* atque ita respondisse JCtos Lipsienses memorat: ex hac potissimum ratione, quod invitus nemo teneatur operas locare, *l. invitos 11. C. de locat.* ac plurimum intersit rusticorum, cur potius alteri operas præstent, quam domino, qui tempore minus commodo hanc operarum locationem exigeret, vel alias facile iis abuteretur: idem confirmat Carpzov. *lib. 1. tit. 6. respons. 58.*

Hac tamen in re bene considerandas esse circumstantias, ac aliquando teneri subditos ut domino potius, quam extraneo eadem mercede & eodem tempore exhibeant operas, existimamus. Carpz. *d. lib. 1. tit. 6. resp. 59.*

DECIS. XXXVI.

Si artifici cuidam juvenis aliquis locatus fuerit ut per annum annosve consuetos artificio instrueretur daß er die Lehr-Jahre bey ihme ausstehen / it. vor einen Gesellen arbeite / si tunc intra istum annum annosve aufugeret, deinde reversus fuerit, quæritur isthoc tempus debeat de novo inchoare, an totidem solum quot diebus abfuit complere. Sufficere ut totidem dies, quot adfuit, dies addantur, decidit

ex

ex l. servus qui testamento. 14. d. ult. de statutis. Hartmann.
practic. observat. lib. 2. miscellan. cap. 1. observ. 1.

DECIS. XXXVII.

Sartor qui locavit operas suas in confarciendis vestibus tenetur si illæ furto surreptæ fuerint, quantumvis suas res eodem modo amiserit. l. itaque de furt. arg. l. cum in plures. 6. §. vestimenta 2. loc. cond. Jason. in l. prator ait. d. edend. Coler. part. 1. dec. 8. num. 19.

Atque ita responderunt Dnn. Lipsienses M. Januar. P. R. Schöffern zu R. hat ein Schneider etliche Kleider und Gewande/ so ihme zu machen ist gebracht / bey Nacht aus seiner Stuben verlohren: So ist derselbige den Leuten / welche ihm solche Gewand ums Lohn zu machen vertraut und befohlen/ nach billigen Werth zu bezahlen schuldig/ ungeacht/ daß er seine eigene Kleider auch will mit verlohren haben. Es were dann Sache/ das er darthun und erweisen mögte/ daß er sein Haus und Stuben recht verwahret und zugemacht / und ihme keine Verwarlosung mögte zugemessen werden / und man auch des angegebenen Verlusts/ und do ihme seine Fenster/ wie angezeigt / erbrochen worden / gewiß were / oder er solches erweisen mögte / sonderlich auch daß er seine eigene Kleider mit verlohren/ auff dem Fall würde er mit solcher Bezahlung billig verschonet/ V. R. W.

DECIS. XXXIIX.

Si fructus ex fundo locato propter casum fortuitum, extraordinarium prius à contrahentibus haud prævisum longe uberiores proveniant, v. gr. si quis conduxerat molendinum, postmodum vicinum molendinum aquarum impetu

T

aut

aut incendio destructum fuerit, indeque major molentium contigerit accursus, majorem quoque pensionem, quam initio convenerit, præstandam esse volunt.

Gloss. ad l. si merces. 25. §. vis major. verb. cui loc. cond. Panormit. in C. propter in fin. d. loc. Svar. comm. opin. lib. 4. tit. 44. num. 208. Laym. Theol. moral. lib. 3. tract. 4. c. 22. num. 8. Molin. Disp. 495. Caroc. quest. 8. num. 118. Gomez. cap. 3. num. 18. Ludov. Engel. colleg. jur. can. Part. 2. lib. 4. tit. 6. num. 6. in fin. ubi affert rationem: nam ordinaria pensio propter contractum bonæ fidei intelligitur statuta: rebus sic stantibus: non autem in casu mutabilis supervenientis mutationis.

Dissent. Pinell. in l. 2. C. de resc. vend. part. 1. cap. 3. num. 34. Valasc. de jur. emphyt. quest. 27. num. 53. Bernard. Gravæ. lib. 2. concl. 23. consid. 5.

DECIS. ULT.

Ex ammodiatione, quæ locationis conductionis quoddam genus est, descriptum Jurispr. for. lib. 3. tit. 12. aphor. 6. tali casu, quo summa aliqua aureorum redimuntur officia & jurisdictionis exercitium à Principe, infinita incommoda, subditis, in quos iberiorum isti tunc grassantur, valde noxia, oriri monet Adam Keller de offic. Juridico-Polit. lib. 2. cap. 20. Add. Petr. Gregor. Tholos. de Republ. lib. 9. cap. 1.




ULB Halle
005 803 56X

3



1017





467.
13.

9723

No: 747

2/

1876, 20

DECISIONUM
 CANONICARUM & PRACTICARUM
 De
 CONVENTIONIBUS
 ET CONTRACTIBUS,
 CAPUT NONUM

De
 LOCATIONE
 CONDUCTIONE,

PRÆSIDE
 DN. GEORGIO ADAMO
 STRUVIO, Jcto, Consiliario Saxonico
 intimo, Facultatis Juridicæ Ordinario,
 PATRONO atque AFFINI æternum
 colendo,

publicæ disquisitioni
 in Acroaterio STRUVIANO

exponit
 die 15. April. hora 7. matutina ad 10.

Adam Gottlob Berlich /

JENÆ,
 Typis & sumtibus JOHANNIS NISL, ANNO
 M. DC. LXXVI.

